Qui producit ventos de thesauris suis :
b. Exod. 12, 29. 8. [b]Qui percussit primogenita Ægypti
ab homine usque ad pecus.
9. Et misit signa, et prodigia in medio
tui Ægypte : in Pharaonem, et in omnes
servos ejus.
c. Jos. 12, 1. 7. 10. [c]Qui percussit gentes multas : et oc-
cidit reges fortes :
d. Num. 21, 24. 33. 35. 11. [d]Sehon regem Amorrhæorum, et
Og regem Basan, et omnia regna Chanaan.
e. Jos. 11, 23. 12. [e]Et dedit terram eorum hereditatem,
hereditatem Israel populo suo.
13. Domine nomen tuum in æternum :
Domine memoriale tuum in generationem
et generationem.
14. Quia judicabit [illegible]
suum : et in servis suis [illegible]
f. Sap. 13, 4. 15. [f]Simulacra genti[illegible]
aurum, opera manuum hominum.
g. Sap. 15, 15. 16. [g]Os habent, et non loquentur : ocu-
los habent, et non videbunt.
17. Aures habent, et non audient : neque
enim est spiritus in ore ipsorum.
h. Is. 42, 17. 18. [h]Similes illis fiant qui faciunt ea :
et omnes, qui confidunt in eis.
19. Domus Israel benedicite Domino :
domus Aaron benedicite Domino.
20. Domus Levi benedicite Domino :
qui timetis Dominum, benedicite Domino.
21. Benedictus Dominus ex Sion, qui
habitat in Jerusalem.

18. [e]Et occidit reges fortes : quoniam in e. Num. 21, 24.
æternum misericordia ejus.
19. Sehon regem Amorrhæorum : quo-
niam in æternum misericordia ejus.
20. [f]Et Og regem Basan : quoniam in f. Num. 21, 33.
æternum misericordia ejus.
21. [g]Et dedit terram eorum heredita- g. Jos. 13. 7.
tem : quoniam in æternum misericordia
ejus.
22. Hereditatem Israel servo suo : quo-
niam in æternum misericordia ejus.
23. Quia in humilitate nostra memor
fuit nostri : quoniam in æternum miseri-
cordia ejus.
[illegible]demit nos ab inimicis nostris :
[illegible] æternum misericordia ejus.
[illegible]at escam omni carni : quoniam
[illegible] misericordia ejus.
26. Confitemini D[illegible]
æternum misericor[illegible]
Confitemini Domin[illegible]
niam in æternum mis[illegible]

**Psalmus cxxxvi.** Flebilis captivi populi querimonia, dum recordaretur Sion.

Psalmus David, Hieremiæ.

SUPER flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus : cum recordaremur Sion :
2. In salicibus in medio ejus,

replete with cross references- both in the the Old and New Testaments

starting off each chapter- ornate capitals similar to "illuminated initials" in medieval manuscripts